



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

43. De Presbytero non baptizato

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

**Q**uo. An & qualiter Baptismus fluminis sit necessarius ad alia Sacramenta suscipienda & ministranda? Resp. Dicitur in priori Tit. necessarium esse ad salutem consequendam Baptismus vel fluminis vel fluminis; dicendum est hic.

**1.** Baptismus fluminis absolute necessarium est ita ut Baptismus fluminis non sufficiat, ad omnia alia Sacramenta valide recipienda, utpote jam ad cætera. *ex c. 1. & 3. h. t. comm. Cathol.* addeque si quis ordinatus est Presbyter non baptizatus, de novo baptizari & ordinari debet, cetero qui manet laicus. *Iidem.* 2. Dicendum, à Presbytero non baptizato baptismo fluminis invalide administrari Sacramenta illa omnia & actus in Ordine verè suscepto dependentes, quales sunt consecratio Eucharistiæ, absolutio à peccatis &c. Ratio, quia in his Ecclesia supplere non potest.

**3.** Sacramentum tamen Confirmationis non requiritur in Ordinando ad valorem Ordinis, requiritur tamen de præcepto, ut patet ex Decreto Trid. *sess. 23. c. 4. de ref.* quale illud & quomodo obligans præceptum sit, vide apud Schmalzgr. *h. n. 9.*

TITU-